zu 1451 ⟨Juli 30 — August 9⟩, Minden. **Nr. 1597**

Nachricht in der vor Ende des 15. Jahrhunderts durch den Mönch Bernhard abgefaßten Chronik des Mindener Benediktinerklosters St. Mauritz und Simeon[1]) *über dessen Reform durch NvK.*

Or.: MÜNSTER, *StA, Msc. VII 2721 f. 2ᵛ. Zur Handschrift s. Grotefend, Chronik 143–145.*
Druck: Grotefend, Chronik 148.
Erw.: Linneborn, Reformation 308–311.

Im Jahre 1451 presens monasterium per dominum Nicolaum cardinalem legatum sedis apostolice a latere domini Nicolai pape sub domino Alberto Myndensi episcopo et Frederico abbate tunc ad instantiam prefati cardinalis resignante reformatum est.

---

[1]) *Hierzu Grotefend, Chronik 143–145.*

zu 1451 August 9, Minden. **Nr. 1598**

Chronikalische Nachricht über das Ende des Aufenthalts des NvK in Minden.

S.o. Nr. 1594 *Z. 2:* ad undecim dies. *Angebrochene Tage wurden in die damalige Zählung mit aufgenommen. Da NvK am 30. Juli in Minden ankam, reiste er demnach am 9. August ab.*

1451 August 10, Lage.[1]) **Nr. 1599**

NvK an den Abt Johannes des Benediktinerklosters Bursfelde und den Prior des Klosters der Regulierten Augustiner-Chorherren in Böddeken. Er beauftragt sie mit der Verkündung des Jubiläumsablasses in Stadt und Diözese Paderborn.

Kop. (etwa gleichzeitig, von der Hand des Böddekener Augustiner-Chorherren Johannes Valbert): PADERBORN, *Archiv des Erzbistums, Hs. 44 (Böddekener Kopiar) f. 339ᵛ Nr. 731.*[2]) *Zur Hs. s.o.* Nr. 1327.
Erw.: Schatten, Kloster Böddeken 27; Schröer, Legation 318f. (wo irrigerweise Frenswegen statt Lage als Ausstellort genannt wird); h ²V, XXIf. (ebenso: Frenswegen).

Zu den Textübereinstimmungen mit Nr. 1455 *und* Nr. 1566 *s.o.* Nr. 1455.

Quia ad vestram ac eciam quorundam aliorum notabilium virorum devotam supplicacionem plenarias indulgencias per nos in civitate Myndensi[3]) ac eciam in nonnullis aliis locis apostolica auctoritate publicatas incolis civitatis et diocesis Padeburnensium ad animarum suarum salutem similiter concedere deliberavimus, circumspectionibus vestris, de quibus plurimum in domino confidimus, cum nos ad presens aliis arduis prepediti negociis diocesim illam Padeburnensem personaliter accedere non possimus, facultatem tribuimus, ut nostri nomine incolis civitatis et diocesis Padeburnensium secundum continenciam cedule, quam cum hiis litteris mittimus[4]), consimiles plenarias indulgencias concedatis et ibidem faciatis publicari atque eciam inibi de confessoribus tot, quot necessarii fuerint, qui usque ad diem Purificacionis beate Marie virginis proxime futurum, quorum aliqui eciam in casibus apostolice sedi reservatis absolvant, modo quo in cedula continetur, provideatis.
Symoniacos autem in beneficio per te priorem predictum absolvi volumus ac quod vos ambo capsam in dicta civitate pro contribucione reponendam sub diversis clavibus ponatis et ordinetis, ita ut capsa huiusmodi sine clavi, quam tu prior ad illam nostro nomine habueris, non valeat aperiri. Et ne fraudis suspicio oriatur, dicte capse apercio nullatenus fiat nisi coram testibus fidedignis, qui tunc reperta per suarum manuum subscripcionem recognoscant. Tuque prior omnium huiusmodi contribucionum medietatem ad sanctissimi domini nostri atque nostrum mandatum fideliter reservare studeas, aliam vero medietatem ad ecclesiarum fabricas, ubi opus videritis cedere, permittatis. Datum *usw.*

N. cardinalis legatus manu propria.

H. Pomert.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.